



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 56. Sessio XLV. Basileensis Synodi

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

positum ratum haberi; unde sibi nec Sæcul. **XV.**
 probari Pontificis Concilium Florentiam A. C. 1443.
 transferendi voluntatem, nec Basileen-
 sium decretum, quo sessione die undevi-
 cesimo Maji habita juxta Constantiensis,
 ipsiusque Basileensis Synodi præscriptum
 aliud Generale Concilium tertio post an-
 no celebrari statuissent, & quidem in ci-
 vitate Lugdunensi, quam Felix hanc in
 rem delegisset, huncque temporis termi-
 num contrahendi Facultatem a Basile-
 ensibus impetrasset. Haud tamen pro-
 pterea dissolutum censeretur Basileense
 Concilium, cum ipsis cordi foret, illud
 continuari, ac prosequi, dummodo Basileensis
 civitas securitatem hactenus pro-
 missam imposterum illæsam servaret: si
 vero aliquod impedimentum intercede-
 ret, tunc pro ejusdem Basileensis Synodi
 prosecutione, Lausana urbs nominare-
 tur, ad quam Patres sese transferrent.

§. LVI.

Sessione XLV. Basileensis Synodi.

Celebrarunt quidem Basileenses Mense *Labbe Conc.*
 Majo hujus anni sessionem numero tom. 12.
 quadragesimam quintam. Ast urge- p. 697.
 bant in Germania belli tumultus, rece- Aug. Patric.
 debant Præfules Alphonso subditi, nec l.c art. 138.
 non ipsemet Imperator assidue aliam Sy- ex tom. 13.
 nodum celebrari postulabat; quibus ac- Conc. p. 1607
 cessit,

Sæcul. XV. cessit, non modo Felicis Basileam venire
 A. C. 1443. renuentis pertinacia, ac denique succisa
 spes, ut Prælati, si diutius Basileæ hære-
 rent, necessaria perciperent subsidia. Has
 ob causas Basileenses præfatum decre-
 tum condere, hacque Sessione absoluta
 Synodum suam dissolvere compelleban-
 tur.

Nihilominus in præcedenti Sessione Patres damnabant plures propositiones, quas nonnulli Fratres Mendicantes contra Parochorum jura enunciabant: Fuerunt autem istæ: *Parochianos non jure Dominicis, & solemnibus diebus Missas in propriis Ecclesiis Parochialibus audire. Illis diebus cuicunque liberum esse Missæ interesse, (*) nec Conciliorum decretis hac libertate fideles privari posse. Parochianos illis diebus non teneri oblationem Parochis suis facere: Obnoxium faciendi celebrari Missas, non satisfacere debito, si per curatum Sacerdotem id fieri curet, quoniam ratione*

(*) Hanc propositionem a Basileensibus damnatam fuisse observat Odoricus Raynaldus ad hunc annum num. 23. ut ea ratione tum *Clerum sæcularem sibi tanquam Parochorum & Episcoporum auditoratis vindicibus conciliarent, tum etiam ut Pontificum, qui Religiosos Ordines immunitatibus amplissimis donare, auditoratatem infringenter, sed eorum artes in irritum cecidisse.*

tione Curæ ad id est obligatus: Decima-
rum solutionem, et si de præcepto sit, non A. C. 1443.
tamen de præcepto esse, cui sit solvenda,
sed liberum, quibuscumque vellent solvere, vel
in pia opera pro arbitrio impendere: Mo-
rientes in professione, & habitu Ordinis Mi-
norum, ultra annum non passuros in pœ-
nis Purgatorii, quoniam B. Franciscus ex
divino privilegio quotannis ad purgatorium
descendit, suosque omnes ad Cælum deducit:
Fratres Mendicantes etiam non præsentatos
Ordinariis posse confessiones audire; & qui
apud eos essent confessi, non teneri etiam semel
in anno confiteri proprio Sacerdoti: Epis-
copos etiam in Synodo congregatos non
posse sibi reservare ullos casus præter illos
in jure expressos. Omnes istas assertiones
in Dioecesi Taurinensi, & Astæ Mediola-
nensis ditionis urbe Mendicantes con-
cionibus suis vulgarunt, quas Basileens-
es in quadragesima quarta Sessione tan-
quam erroneas damnarunt, hanc censu-
ram in præsenti Sessione confirmantes.
Quibus peractis nullum alium conventum
egerunt Basileenses.

§. LVII.

Finis Florentini & Basileensis Concilii.

Ita demum finem habuerunt Concilia Adha Patric.
Florentinum, & Basileense, quorum ^{to. 13. Conc.}
Hist. Eccles. Tom. XXVIII. E Patres, ^{p. 1612.}